

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 67–68

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuły 109–111 [Gn. 111]

[109] De Imperio quamdiu steterit.

Nunc^a dicetur quamdiu Imperium steterit. Potencialiter permutacione usque Greciam a tempore Darÿ secundi, aut ultimi, quam rex Allexender maximus ac sedicionibus devicit bellis. Tunc transmutatum fuit imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolim [s] usque ad illud tempus, quod [s] se Roma de Imperio intromisit, et potencialiter obtinuit usque ad presentis tempus ex parte beati Petri, qui caput Cristianitatis. Cum imperium Romam reversum fuisset, ibi stetit, ut patet in premissis. Tunc Cristiani absque iure fuerint, idcirco quivis in terris faciebat voluntate, aut quod facere poterat aut proficere, et hic absque querela permansit et per [/] iudicium multa, quia nullum fuit ius, ubi quis iudicium consequi potest aut possit, et hoc usque ad illud tempus perseveravit, quo se Roma de imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, et ibi exhibuerunt manus, unde paucem [s] manu obtinuimus usque ad presentis tempus. Tunc Romani convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo regna sibi subiugare possent. Et omnes unanimi consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificarent castra in terris, unde terras sibi subiugare possent. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, quomodo castra confortarent, ut ipsis esset in iuvamine. Et illos acceperunt, qui nomen militare habuerunt, et eos supra castra locaverunt cum tali iure, ut usque ius castrense tenent et in castrensi feodo. Extunc liberaverunt, qualis statuta |regis^b| iuris terris constituere velent, et terris tale ius constituerunt, quale adhuc terra Saxonie protestatur, [k. 67v] per imperatorem Constantinum et per imperatorem Carolum.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc;

^b skreślone przez pisarza podstawy

[hasła: Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki]

[110] ^aNunc audire et intelligere potestis^a pro principibus ac baronibus, et hiis omnibus, qui nomen militare digne conseruntur, quomodo ipsum [s] cum Romanis sint arbitrati, quod scire vellent, quomodo Imperium deberet permanere. Et statuerunt regni ius cum consilio, quod ipse sedem regiam Rome debeat ex parte beati Petri cum gladio temporalis, unde adhuc advocatus appellatur. Idcirco vitam

demereri non potest, nec in suo iure debilitari, nisi tribus de causis, que patebunt in sequentibus. Quorum primum est, si sedem Romanam destruere vellet. Secundum est, si contra fidem faceret Catholicam. Tercium, si legitimam sine regali causa dimittere uxorem. Quorum horum trium, [si] de uno convictus fuerit, quod absit, extunc deberet iudicari, caput sibi deberet amputari cum [/] aureo delabro, propterea quia ipse rector gladii temporalis, cum quo debet iudicare omnes hos, qui noxam fecerint, aut qui caput demerentur. Et insuper omnibus comisit, qui iudicis nomine censantur [s], cum eo protegere viduas et pupillos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticias confortare. Insuper iudicium comisit omnibus iudicibus temporalibus, sive secularibus, cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis deprehensi fuerint in facto manifesto, et ad iudicium deducti fuerint, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices sibi iudicare debent, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdos spirituales gladium habet ab episcopo.

^{a-a} *większe litery*

[książę, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[111] Sequitur de imperatore, quis eum iudicare debet.

[N]unc^a attendatis, quis imperatorem iudicare debeat, si ex his tribus premisis in aliquibus convictus fuerit. Facere hoc debet Sacri Imperii Renensis palatinus, qui ab imperatore ac imperio ex arbitrio positus fuerat. Tali modo, ut pallatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicet [k. 68] burgravius marchionem pro suo excessu, et scultetus burgravium.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc*

[palatyn reński, marchia, burgrabia, sołtys, cesarz, lenno]